Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

accepit sibi uxorem annam: de tribu sua. et
suscepit ex ea filium: nomine suo uoca
uit tobiam. Captus quidem cum uxore et filio
habitauit in niniue. et custodiuit animam
suam ne contaminaretur in cibis gentilium.
Sed et contribules suos non custodientes se: grauiter
arguebat. Et dedit illi deus gratiam in oculis sal
manasar. Qui dedit illi potestatem quocumque
uellet ad concaptiuos ire. et docere eos facere quecumque
uoluisset. Cumque deambularet per regionem:
concaptiuis dans monita salutis: deuenit in
rages ciuitatem medorum. et inuenit in ea quen
dam contribulem suum: gabelum: egentem.
et reliquit ei sub cyrographo: x. talenta argenti.
que habebat ex his: in quibus a rege fuerat ho
noratus. Mortuo autem salmanasar: cum filius
eius sennacherib filios israel haberet exosos: to
bias consolabatur eos. et egenis ministrabat.
Cumque reuersus esset sennacherib a iudea fugi
ens manum domini: iratus multos hebreorum fecit
occidi. Quorum corpora tobias sepeliebat. Quod
cum nunciatum esset regi: tulit omnem substan
ciam eius. et eum iussit occidi. Tobias uero cum
uxore et filio fugiens: latuit quia multi di
ligebant eum. Post xl.v. dies cum esset occisus
rex a filiis suis: rediit tobias in domum suam
et restituta sunt ei ablata. Porro: in quodam
die festo cum paratum esset prandium apud tobiam:
dixit filio suo. Vade et adduc aliquos de tribu
nostra. timentes deum ut comedant nobiscum.
Qui reuersus: nunciauit unum ex hebreis iugu
latum iacere in platea. et exiliens tobias ieiu
nus: tulit occulte corpus in domum suam. et co
medit panem in luctu et tremore. et cum sol oc
cubuisset: sepeliuit illud. et arguebant eum
proximi sui. dicentes. huius rei causa interfici
iussus es. et tamen sepelis mortuos? Sed tobias ma
gis timens deum quam regem: sepulture occisorum
sollicitus instabat. Contigit autem: ut quadam
die fatigatus a sepultura rediens domum: iactaret
se iuxta parietem. et obdormiuit. et ex nido hi
rundinum calida stercora super oculos eius incide
runt. et factus est cecus. hoc autem permisit deus fieri:
ad eius probacionem. et ad exemplum paciencie
in posterum. Nam et in omnibus benedixit dominum: si
cut beatus iob. Nam et proximos suos insultan

tes ei increpabat dicens. Nolite ita loqui. filii
enim sanctorum sumus. et uitam illam expectamus. quam
deus daturus est fidelibus suis. Anna uero uxor eius
ibat ad textrinum opus cotidie. et de labore ma
nuum suarum quod consequi poterat: deferebat.
Factum est autem: ut edum accipiens detulisset do
mi. cuius balatum uir audiens: ait. uidete ne
furtiuus sit. Ad hec irata uxor respondit. Ma
nifeste uana facta est spes tua. et elemosine tue
perierunt. et ingemuit tobias. cum lacrimis dicens.
Et nunc domine secundum uoluntatem tuam fac mecum. et pre
cipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mi
chi mori magis: quam uiuere. Eadem die contigit:
ut sara filia raguel in ciuitate medorum au
diret improperium ab una ancillarum suarum: quam
increpabat: dicenti sibi. Interfectrix uirorum tu
orum: numquid occidere me uis. sicut occidisti. vii.
uiros. Fuerat enim tradita. vii. uiris. et demoni
um nomine asmodeus: occidebat eos: mox
ut ingressi fuerant ad eam. Ascendit ergo sara in
superius cubiculum domus sue. et tribus diebus et noctibus
non manducans nec bibens: in oratione persistens:
aiebat. Peto domine deus patrum nostrorum, ut de uinculo
improperii huius absoluas me. aut certe de super terram
eripias me. In illo tempore exaudite sunt preces
amborum in conspectu dei. et missus est angelus
raphael. ut curaret ambos. Igitur cum tobias
putaret se exauditum ut moreretur: ait ad filium
suum. Audi fili mi uerba mea. et ea in corde
tuo quasi fundamenta construe. Cum mortuus fuero: se
pelies me. et honorem habebis matris tue: dum
uixerit. Mortuam circa me sepelies eam. Semper
in mente habeto deum fili mi. et serua man
data eius. De substancia tua fac elemosinas:
quia elemosina ab omni peccato liberat. et magnam
prestat fiduciam: coram deo omnibus facientibus
eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatio
ne. et a superbia a qua sumpsit inicium omnis
perdicio. Consilium a sapiente perquire. a peccatoribus
declina. merces mercennarii non maneat apud te.
Noli timere fili: quia pauperem uitam gerimus.
Sed multa bona habebimus: si timuerimus
deum. preterea scito: quod dedi gabelo. x. talenta ar
genti in rages. cuius cyrographum penes me ha
beo. perquire ergo tibi fidelem uirum qui tecum eat
salua mercede sua. ut restituas gabelo cyro